



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Reginonis Abbatis Prumiensis Libri Duo De Ecclesiasticis  
Disciplinis & religione Christiana**

**Regino <Prumiensis>**

**Parisiis, 1671**

37. De eadem re.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-14622**

Ecclesiarum Comes & Episcopus sive Abbas una cum Missione nostro, quem ipsi sibi elegrint ad hoc, considerationem faciant, ut unusquisque eorum tantum inde accipiat ad operandum & restaurandum quantum ipse de rebus Ecclesiarum habere dinoscitur. Similiter & vassii nostri aut in commune tantum accipient operis quantum rerum ecclesiasticarum habent, vel unusquisque per se juxta quantitatem quam ipse tenet, aut si inter eos convernerit ut pro opere faciendo argentum donent, juxta estimationem operis in argento persolvant. cum quo pretio rector Ecclesiae ad praedictam restorationem operarios conducere & materiam emere possit. Et qui nonas & decimas dare neglexerit, primùm quidem illas cum lege sua restituat, insuper & bannum nostrum solvat, ut ita castigatus caveat ne superius iterando beneficium amittat.

De eadem re. *Item ex Capitulis  
tit. xxxi.*

**XXXVII.** De operibus in restauratio- Lib. 2. Capit.  
ne Ecclesiarum, sive in faciendo, sive in redi- tular. c. 225  
mendo, episcopalis potius sequatur voluntas. Nullatenus tamen remaneat quin, sicut à nobis saepe jussum est, hoc aut illud partibus Ecclesiarum persolvatur. Et hoc omnibus notum sit, quia quicunque neglegenter exinde egredit, & coram nobis exinde neglegens repertus fuerit, illud volumus omnino ut subeat quod in nostro Capitulari de hac re communi consultu fidelium nostrorum ordinavimus.